

Officialium, aut alias quomodolibet reservationem inducentibus personis, seu per liberam etiam ex causa permutationis reservationem, jurium cessionem, de illis in dicta Curia, vel extra eam, etiam in nostris & Romani Pontificis pro tempore existentis manibus quomodolibet factas, vel admittas, aut affectuionem alterius Beneficii Ecclesiastici quavis auctoritate collati, seu illas, et illos pro tempore obtinentium decessum etiam apud Sedem Apostolicam predictam decedentium, vel quamvis aliam dimissionem, amissionem, priuationem, Religionis ingressum, et Matrimonii contractum ad Cathedralium Ecclesiarum, vel Monasteriorum, etiam Conventualium, seu quancumque aliam promotionem, aut quomodolibet, et qualitercumque etiam apud Sedem predictam pro tempore vacante contigerit, etiam si tempore Data presentium vacent personas idoneas, ut praefertur, non tamen quoad Cappellaniam, eique annexos Canonicatum, et Praebendam predictas iuxta dicti Joannis Episcopi fundationem predictam debite qualificatas a pro tempore existente Archiepiscopo Ulixbonen. Orientalis predicto approbandas, ita quod personarum hujusmodi in eis institutio ad eundem Archiepiscopum pro tempore existentem privative, extincto jure simultaneo, quod cum eodem Archiepiscopo Capitulum dictae Ecclesiae Ulixbonen. Orientalis, ut praefertur exercebat, imposterum spectet, et pertineat.

Compensatio Comiti de Vascosellos pro Cappellania de Maphra, fuerit etiam Juspatronatus & presentandi d. Regi conceditur.

§.3. Cum hoc tamen, quod dictus Joannes Rex ne Vicecomes predictus pro Juspatronatus, & presentandi hujusmodi ad predictam Cappellaniam cum ei annexis Canonicatu, & Praebenda de Mafra nuncupatis predictis, redditibusque, & juribus ad eisdem pertinentibus a nobis per presentes, ut praefertur abrogato, & extincto, aliquid detrimentum patiat, prout ex aequa sua regia liberalitatis ratione teneri vult Thomae Vicecomiti predicto uti dictae Domus Possessori, & Administratori pro ejus a nobis, ut praefertur abrogato, & extincto jure ad illud ei compensandum, aliud Juspatronatus, & presentandi ad alios Canonicatum, & Praebendas aliarum Cathedralium, & Collegiarum Ecclesiarum, seu alia Beneficia Ecclesiastica quoad Joannem, & pro tempore existentes Regem praefatum, vel etiam ad aliquam, seu aliquas ex commendis Ordinum Militarium in Portugalliae Regnis existentium, & quorum Joannes, & pro tempore existens Rex praefatus Governator, perpetuusque Administrator existit, vel ipsas commendas, seu alios Ecclesiasticos, aut Saeculares annuos redditus, bona, Jura, vel honores, qui, vel quae ad Joannis, & pro tempore existentis Regis praefati Juspatronatus, seu ad illius Regiae Coronae liberam dispositionem spectant, & pertinent, & quibus Thomas Vicecomes praefatus, ejusque Successores, ad quos dictum Juspatronatus pro tempore spectare debuisset, perfrui, & gaudere, vel respective eos, & ea in proprios usus convertere libere, &

licite valeant juxta rationabilem, & congruam inter dictum Joannem Regem, ac Thomam Vicecomitem praefatum statuendam compensationem, non retardata tamen in reliquis earundem presentium executione, quae illico, nullo desuper habito processu debita, promptaque executioni demandari debeant, prout nos ex nunc pro demandatis haberi volumus.

§.4. Non obstantibus ad effectum praemissorum quibusvis contrariis dictorum ordinum, etiam juramento, aut Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, privilegiis, indultis, & Constitutionibus etiam Apostolicis ad eisdem ordines spectantibus cedat, assignet, seu conferat, & pro eo, quod dictus Joannes Rex ordinum praedictorum Governator, & perpetuus Administrator, ut praefertur existit, ad hoc, ut ipse aliquam ex dictorum Ordinum Commendis, seu aliqua bona eidem Thomae Vicecomiti, ut praefertur cedere, assignare, seu conferre valeat, eundem Joannem Regem, & Governatorem, perpetuumque Administratorem a quocumque de non alienandis tam ejusdem Regiae Coronae, quam ordinum praedictorum respective bonis aut alias quomodolibet ab eo respective praestito juramento, voto, seu obligatione quancumque, ad praemissorum effectum Apostolica auctoritate praefata abolivimus, & liberamus, ac ex nunc absolutum, & liberatum esse, volumus, & declaramus, & quoad approbandi, nominandique ad Canonicatum, & Magistralem ac Canonicatum, & Doctorem respective nuncupatas Praebendas, quod Universitati praefatae, nec non percipiendi, & exigendi dimidiam Praebendam, seu dimidios fructus, redditus, & proventus praefatos respective Jus, quod Tribunali praefato ante eiusdem iuris abrogationem, & extinctionem a Nobis per presentes, ut praefertur factas respective iuris hujusmodi compensatio, prout aequum, rationique consonum fuerit, providaque ratio postulaverit in posterum statuatur, Apostolica auctoritate earundem tenore presentium perpetuo reservamus, concedimus, & assignamus; nec non Juspatronatus, & presentandi, ac nominandi hujusmodi vere Regiam existere, ac eidem Joanni, & pro tempore existenti Portugalliae, & Algarbiorum Regi praedicto, non ex privilegio Apostolico, sed ex vera primiva, reali, actuali, plena, integra, & omnimoda fundatione, ac perpetua dotatione competere, & ad Joannem, & pro tempore existentem Portugalliae, & Algarbiorum Regem praedictum pertinere, illudque vim, effectum, naturam, qualitatem, & validitatem Juspatronatus Regii hujusmodi obtinere, ac uti tale sub quacumque derogatione Juspatronatus ex Privilegio Apostolico, vel consuetudine, aut praescriptione acquisiti etiam cum quibusvis praegnantissimis, & efficacissimis verbis, clausulis, ac etiam irritantibus, & aliis fortioribus Decretis etiam cum clausula: Quorum tenores &c. in quacumque dispositione

Contrarium derogatio.

sitione etiam per viam Constitutionis, legis, nostraeque, & Cancellariae Apostolicae Regulae etiam per nos, & Successores nostros Romanos Pontifices, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus etiam concistorialiter pro tempore quomodocumque facta, concessa, & emanata nullatenus comprehendi, nec illo ullo unquam tempore etiam ratione cuiusvis litis pendentiae, vel vacationis apud Sedem praefatam etiam ex causa permutationis, vel devolutionis, seu alio quocumque praetextu, ac ex quacumque causa quantumvis urgenti, & legitima per nos, seu Romanos Pontifices Successores nostros pro tempore existentes, vel Sedem praedictam, aut illius etiam de latere Legatos, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, seu cuiusvis intuitu, & contemplatione per quascumque literas Apostolicas, & quascumque etiam derogatorias, ac fortiores, & insolitas clausulas, nec non irritantia, & alia Decreta quancumque in se continentes derogari posse, neque debere, aut derogatum censeri, nec non omnes, & quascumque collationes, provisiones, commendas, aliasque dispositiones de omnibus, & singulis dignitatibus, ac Canonicatibus, & Praebendis, nec non Cappellania praefata, ac dimidiis Canonicatibus, dimidiisque Praebendis, ac quartanariis praefatae Ecclesiae Ulixbonen. Orientalis contra earundem presentium tenorem, & alias quam ad praesentationem Joannis, & pro tempore existentis Portugalliae, & Algarbiorum Regis praefati, seu de illius consensu, & in eis Institutiones ad praesentationem huiusmodi, alias quam per pro tempore existentem Archiepiscopum Ulixbonen. Orientalem, ad quem, ut praefertur jus instituendi privative pertinere, & spectare debeat etiam apud Sedem praefatam pro tempore vacantibus quibusvis personis sub quibuscumque verborum expressionibus pro tempore factas, seu faciendas, processusque desuper habitos, seu habendos, ac inde pro tempore sequenda quancumque, nulla, & invalida, nulliusque roboris, vel momenti fore, & esse, ac pro nullis, & infectis haberi, & censeri, nec ius, aut coloratum titulum possidendi cuiquam tribuere, nec per illa acquiri posse, nec non veteris iuris respective conferendi, instituendi, approbandi, nominandi, ac presentandi, & percipiendi, ac exigendi abrogationem, & extinctionem a nobis, ut praefertur factas validas, & efficaces fore, & esse, suoque plenarios, & integros effectus fortiri nec eas sub quibuscumque contrariis, aut similibus, vel dissimilibus, specialibus, aut generalibus reservationibus cum quibusvis restrictivis, ac etiam earundem derogatorias derogatorias clausulis irritantibus etiam vim contractus inducentibus, aut fortioribus, & arctioribus Decretis, aut alias quomodolibet pro tempore concedendis & cum praefata clausula: Quorum tenores &c. editis, vel edendis nullatenus comprehensas esse, & fore, mi-

nusque comprehendendi posse, aut debere, sed semper ab illis exceptas, & exclusas esse, & censeri, ac plenum semper validissimumque sui effectum sortiri debere, nec non omnia, et singula praemissa, ac easdem nostras praesentes nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, vel alio quovis defectu, etiam ex eo, quod cause propter quas eadem praemissa facta fuerunt coram Ordinario loci, etiam tanquam Sedis Apostolice Delegato examinatae, verificatae, et ab eo approbatae, nec non Archiepiscopus, ac Capitulum, et Canonici praefatae Ecclesiae Ulixbonensis Orientalis, distasque Dignitates, ac Canonicatus, et Praebendas, ac Quartanarias nunc respective obtinentes, nec non Cappellaniam praefatam, dimidiosque Canonicatus, et dimidias Praebendas, ac quartanarias nunc respective obtinentes, nec non alii quicumque in praemissis quocumque ius, vel interesse habentes, vel habere praetendentes ad id vocati, et auditi non fuerint, nec eorum desuper expressum respective consensum praestiterint, seu ex quavis alia causa, et quocumque alio praetextu, quae sita colore, vel ingenio notari, impugnari, invalidari, retractari ad viam, & terminos juris reduci, seu in jus, vel controversiam revocari, aut adversus illa, & illas quocumque juris, vel facti, aut gratiae remedium impetrari posse, nec sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus per Nos, & quocumque Romanos Pontifices Successores Nostros, ac etiam Sedem praedictam pro tempore faciendis comprehendendi posse, vel debere, sed semper ab illis excipi, & quoties illa emanabunt toties in pristinum, & eum, in quo antea quomodolibet erant statum restituta, reposita, & plenarie reintegrata, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data per dictum Joannem, & pro tempore existentem Portugalliae, & Algarbiorum Regem quancumque eligenda concessa, valida, & efficacia, ac concessas, validas, & efficaces fore, & esse, suoque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, sicque Nostrae mentis, & intentionis fuisse, & esse, & ita in omnibus, & singulis praemissis ab omnibus censeri, & ita per quocumque Judices Ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam Causarum Palatii Nostri Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, Vicelegatos, distasque Sedis Nuntios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, definiendi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, defini, & interpretari debere, & quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, val ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus, statuimus, & mandamus.

§.5. Quocirca dilectis filiis Nostro, & dictae Sedis Nuncio in praesentis Regnis nunc, Commissarii deputati pro executione.



nunc, & pro tempore commoranti; nec non duobus dignioribus, & antiquioribus Ministris, non tamen Regularibus Tribunalis Inquisitionis Regnorum hujusmodi nunc, & pro tempore existentibus motu simili per Apostolica scripta committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se vel alium, seu alios presentes nostras literas, & in eis contenta, quacumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte dicti Joannis, & pro tempore existentis Portugalliae, & Algarbiorum Regis, seu illius Ministrorum fuerint requisiti solemniter publicantes, eisque in praemissis efficacis defensionis auxilio assistentes faciant auctoritate nostra eandem praesentes, & in eis contenta hujusmodi ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit firmiter observari, contraditores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, ac legitimis super hoc habendis, servatis processibus, sententias, censuras, & poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Contrati- rum derogatio.

§.6. Non obstantibus nostris, & Cancellariae Apostolicae Regulis de jure quafito non tollendo, ac quatenus opus sit, de exprimendo vero annuo valore, & de non concedendis gratis ad instar, nec non praedicta dictae Cappellaniae, aliusque omnium, & singulorum Dignitatum, Canonicatum, & Praebendarum, dimidiorumque, Canonicatum, & dimidiarum Praebendarum, ac Quartanarum hujusmodi respective foundationibus, & quoad praedictam Judicum Executorum deputacionem fe. re. Bonifacii Papae VIII. similiter Praedecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra duas dietas quis vigore praesentium ad iudicium non trahatur, aliisque Apostolicis etiam in Generalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, dictaeque Ecclesiae Ulixbonen. Orientalis, & Ordinum militarium praedictorum etiam juramento, confirmatione, Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, aut consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque Indultis, & literis Apostolicis Archiepiscopo, necnon Capitulo, & Canonicis dictae Ecclesiae Ulixbonen. Orientalis, aut Ordinibus praedictis, aut eorum, vel aliis superioribus, ac quibusvis aliis personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, etiam motu pari & consistorialiter, etiam in Dignitatum, ac Canonicatum, & Praebendarum, nec non praefata ejusdem Cappellaniae, ac dimidiorum Canonicatum, & dimidiarum Praebendarum, ac Quartanarum hujusmodi foundationibus, necnon Universitati, Vicecomiti, & Tribunali praesentibus respective quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, aliisque quae eisdem pre-

sentibus quomodolibet obesse possent etiam de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi etiam veriores, totosque, & integros etiam praesentibus pro expressis, insertis, ac de verbo ad verbum registratis habentes, illis alias in suo robore permanentis, ad effectum earundem praesentium, omniumque & singulorum praedictorum validatis hac vice dumtaxat motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus specialiter, & expresse harum serie derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.7. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae extinctionis, abrogationis, absolutionis, liberationis, declarationis, reservationis, concessionis, assignationis, Decreti, statuti, commissio- nis, mandati, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud S. Mariam Majoris Anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo trigesimo septimo. Octavo Idus Martii Pontific. nostri Anno Octavo.

A. Card. Prodatarius. V. de Curia N. Antonellus. F. Piccionius.

Poenae contra infractores hujus Bullae.

Dat. die 8. Martii 1738. An.VIII.

CCXX.

Congregationi, & Collegio S. Familiae Jesu Christi Neapolitan., eorumque Ecclesiae, Presbyteris Saeularibus, Alumnis, & Conviatoribus, & personis nunc, & pro tempore existentibus communicantur privilegia, praerogative, facultates, favores, gratia, Indulgentiae, exemptiones, & Indulta Congregationibus Oratorii S. Philippi Neri, & Piorum Operariorum concessa, ac omnes, & singulae Indulgentiae Ecclesiae S. Mariae ad Martyres vulgo della Rotonda.

CLEMENS PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Inter precipuas ministerii nostri partes, in Suprema Catholicae Ecclesiae administratione tenuitati nostrae per ineffabilem divinae sapientiae, atque bonitatis abundantiam demandata accurate obeundas, illam non ultimam reputamus, ut luculentiora Pontificae benignitatis, auctoritativaeque privilegia, & gratias paterno, libentique animo iis dilectis filiis conferamus, qui, sicut novellae olivarum plantationes in juventute sua, uberes bonorum operum fructus in Catholica Ecclesia alacrius proferre satagentes, uberiora Apostolicae beneficentiae, indulgentiaeque nostrae mun-

Procuriam.

Mathaeus Ripa dicit Congregationis & Collegii Papae supplicat.

ra, praerogativas, ac favores sibi promereri videntur.

§.1. Exponi siquidem nobis nuper fecit Dilectus filius Mattheus Ripa, Fundator, & modernus Superior, ac Rector Congregationis, & Collegii sub invocatione Sacrae Familiae Jesu Christi extramuros Civitatis Neapolitanae erectorum, quorum Institutum per alias nostras in simili forma Brevis literas desuper die 7. Aprilis 1732. expeditas approbavimus, ac subinde Regulas quoque confirmavimus, quod cum Congregatio, & Collegium hujusmodi ad instar Congregationum Presbyterorum Saeularium Oratorii S. Philippi Neri, ac Piorum Operariorum nuncupatorum dictae Civitatis Neapolitanae fundata, & instituta sint; Ipse vero Exponens, ac Presbyteri, Alumni, Conviatores, & aliae Personae Congregationis, & Collegii praefatorum omnibus, & singulis privilegiis, praerogativis, favoribus, gratiis, Indulgentiis, exemptionibus, & Indultis a Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris tam Presbyteris Saeularibus Oratorii Sancti Philippi Neri, & Piorum Operariorum praedictis, quam Ecclesiis, Domibus, & Congregationibus eorundem quocumque tempore quomodolibet haecenus concessis, & in futurum concedendis, frui, & gaudere posse plurimum desiderant: Nobis propterea tam suo, quam praefatorum Presbyterorum, Alumnorum, Conviatorum, & aliarum personarum hujusmodi nomine humiliter supplicari fecit, ut sibi in praemissis opportune providere, ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignemur.

Clemens Indulgentiarum de quibus in Rubrica, applicationem concedit.

§.2. Nos igitur specialem ipsis Exponenti, & Presbyteris, Alumnis, Conviatoribus, aliisque personis, ut praemittitur, gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis; Si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, et intento, quod dilectus filius noster Joseph S. R. E. Cardinalis Spinelli nuncupatus, Archiepiscopus Ecclesiae Neapolitanae ex concessione, & dispensatione Apostolica Praefatus ad nos retulerit, praefatos Presbyteros, Alumnos, & Conviatos non solum in iis ad divini cultus incrementum, & animarum Salutem in Civitate, & Dioecesi Neapolitana spectantibus Regulas, & Instituta tam Presbyterorum Oratorii Sancti Philippi Neri, quam Piorum Operariorum praedictorum servare, verum etiam majora ipsis onera imposita esse, iisdem Congregationi, & Collegio Sacrae Familiae Jesu Christi, illiusque Ecclesiae, ac Presbyteris Saeularibus, Alumnis, Conviatoribus, & personis nunc, & pro tempore existentibus, ut omnibus, & singulis privilegiis, praerogativis, facultatibus, gra-

Bull. Rom. Tom. XIV.

tiis, & Indulgentiis, ac exemptionibus, & Indultis memoratarum Congregationum, earumque Ecclesiarum, Presbyteris, & Personis per Romanos Pontifices Praedecessores Nostros quomodolibet concessis, & in futurum concedendis, etiam specifica, & individua mentione, & expressione dignis, & quibus eadem Congregationes, earumque Ecclesiarum Presbyteri, & personae, ex Praedecessorum nostrorum concessione de praesenti utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite possint, & valeant in omnibus, & per omnia, perinde acsi privilegia, praerogative, facultates, favores, gratiae, Indulgentiae, exemptiones, & Indulta hujusmodi ipsis Congregationi, & Collegio Sacrae Familiae Jesu Christi, eorumque Ecclesiae, Presbyteris, Alumnis, Conviatoribus, & personis specialiter concessa reperirentur, sine praedictis tamen gratiarum, Indultorum, & privilegiorum iisdem a Nobis alias concessorum Apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus, & indulgemus. Quoad Indulgentias vero Ecclesiae, & in ea sitis Altaribus Congregationis, & Collegii Familiae Jesu Christi praefatorum eas omnes, & singulas, quae Ecclesiae, ejusque respective Altaribus Sanctae Mariae ad Martyres della Rotonda vulgo dictae de Urbe per Romanos Pontifices Praedecessores nostros, nosque ipsos haecenus concessa reperiuntur, aut quas in futurum concedendas esse contigerit, cum uno dumtaxat Altari privilegiato quotidiano perpetuo, etiam per modum aggregationis, & sine quacumque dependentia concedimus, & largimur.

§.3. Decernentes eandem praesentes literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore suoque plenarias, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective invariabiliter observari; Sique in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus nostrae, & Cancellariae Apostolicae Regulae de non concedendis Indulgentiis ad instar, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes illis alias in suo robore permanentis ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majoris sub Annulo Piscatoris die 14. Martii 1738. Pont. Nostri Anno Octavo.

Obstantium derogatio.

Dat. die 14. Martii 1738. An.VIII.



Extensio Indulti ab Urbano VIII. pro  
Alumnis, & Conuictoribus Collegii  
Propagandę Fidei concessi ad Alumnos,  
& Conuictores pro Sinensibus, & Indis  
Collegii S. Familię Iesu Christi in Ci-  
uitate Neapolitan. erecti.

CLEMENS PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

**P**RO suprema Catholica Ecclesię pro-  
curatione, quam Pastorum Princeps  
Iesus Christus altissimo diuine providentię  
sug. consilio Nobis plane immerentibus cre-  
dere dignatus est, tanquam fideles pruden-  
tesque dispensatores præcipua Apostolica  
benignitatis, auctoritatique argumenta-  
jis potissimum ingenti cum Pontificii cordis  
legitima exhibere satagimus, qui in diebus  
nostris, veluti cooperatores, & coadjuto-  
res in ministerii nostri opus a Nobis adsciti,  
& constituti in excolenda Vineam Dei Sab-  
baot per uniuersum Terrarum orbem  
plantata alacrius adlaborare pergunt, at-  
que contendunt.

Capita con-  
cessionum ab  
Urbano VIII.  
Alumnis Col-  
legii Urbani  
sacrarum.

§. 1. Exponi siquidem nobis nuper fecit  
dilectus filius Matthęus Ripa, Fundator,  
& modernus Superior, ac Rector Congrega-  
tionis, & Collegii sub invocatione Sacra  
Familię Iesu Christi extra Muros Civitatis  
Neapolitanę erectorum, quorum Institutum  
per alias nostras in simili forma Brevis  
litteras desuper die 7. Aprilis 1732. expedi-  
tas approbavimus; ac subinde Regulas quo-  
que confirmavimus; quod alias te, re. Ur-  
banus VIII. Prędecessor noster dilectis filiis  
tunc, & pro tempore existentibus Alumnis,  
& Conuictoribus Congregationis de Propa-  
ganda Fide, aliisque qui quoquomodo ad  
instantiam ejusdem Congregationis Romę,  
vel alibi educarentur, ut ipsi absque literis  
dimissorialibus suorum ordinariorum, &  
etiam sine titulo Beneficii Ecclesiastici, aut  
Patrimonii, sed ad titulum tantum missio-  
nis a quocumque, quem maluerint Catho-  
lico Antifite gratiam, & Communio-  
nem Sedis Apostolicę habente, & in pro-  
pria Diocesi residente, vel in aliena de-  
Diocesi loci licentia Pontificalia exer-  
cente ad quatuor Minores etiam unico fe-  
stivo, vel feriato, necnon etiam ad Sacros,  
& Presbyteratus Ordines tribus Dominicis,  
seu aliis festiuis, & continuis, vel interpo-  
latis diebus, etiam extra tempora ad id a  
jure statuta, & non servatis a Sacro Con-  
cilio Tridentino designatis, annique curri-  
culo non expectato, etiam si, antequam  
de uno ad alium Ordinem promoverentur,  
in primo quoque suscepto Ordine se mini-  
me exercissent, aut alicujus Ecclesię ser-  
vitio adscripti non essent, dummodo ta-  
men forent ætatis legitime, ac alias ido-  
nei, & per triennium continuum essent  
ejusdem Congregationis Alumni, seu Con-  
uictores, aut ad illius instantiam educati,  
ac denique haberent literas testimoniales  
Rectorum, aut eorum, apud quos educa-  
rentur, & instruerentur de eorum vita, &  
moribus, ac in scientiis profectibus, nec

eis aliquid obstaret impedimentum promo-  
veri, & promoti in illis etiam in Altaris  
Ministerio ministrare libere, & licite pos-  
sent, & valeret, auctoritate Apostolica  
sub certis modo, & forma tunc expressis  
concessit, & indulgit, & alias prout in præ-  
dictis Urbani Prędecessoris literis desuper  
in simili forma Brevis die 18. Maii 1637.  
expeditis plenius continetur.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expo-  
sitione subiungebat dictus Matthęus Privilegia,  
seu Indulta prædicta ad Alumnos, & Con-  
uictores Collegii Sacra Familię Iesu Christi  
hujusmodi per nos extendi, atque iisdem  
concedi summopere desideret.

§. 3. Nos piis ejusdem Matthęi votis hac  
in re quantum cum Domino possumus fa-  
vorabiliter annuere volentes, eumque, &  
Alumnos, ac Conuictores secundo dicti  
Collegii hujusmodi a quibusvis excommu-  
nicationis, suspensionis, & interdicti, aliis-  
que Ecclesiasticis sententiis, censuris, &  
pœnis a jure, vel ab homine quavis occa-  
sione, vel causa latis, si quibus quomodo-  
libet innodati existunt, ad effectum præsen-  
tium dumtaxat consequendum harum serie  
absolventes, & absolutos fore censentes,  
supplicationibus ejus nomine nobis super  
hoc humiliter porrectis inclinati, de Ven-  
fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium ne-  
gotiis Propagandę Fidei præpostorum  
consilio, Privilegia in prædictis Urbani  
Prędecessoris literis contenta, ad moder-  
nos, & pro tempore existentes Collegiales  
Collegii Sacra Familię Iesu Christi Civita-  
tis Neapolitan. Sinenses, & ad eos, qui ex  
Regionibus Indiarum advenierint dumtaxat  
extendimus, atque iisdem concedimus,  
nempe, ut ipsi absque literis dimissoriali-  
bus suorum Ordinariorum, & etiam sine  
titulo Beneficii Ecclesiastici, sed ad titu-  
lum tantum Missionis, a quocumque quem  
maluerint, Catholico Antifite ad quatuor  
Minores, etiam unico festivo, vel feriato,  
necnon etiam ad Sacros, & Presbyteratus  
Ordines tribus Dominicis, seu aliis festiuis,  
& continuis, vel interpolatis diebus etiam  
extra tempora ad id a jure statuta, & non  
servatis interdictis a Sac. Concilio Trid. de-  
signatis, annique curriculo non expectato,  
etiam si antequam de uno ad alium Ordi-  
nem promoveantur, in primo quoque susce-  
pto Ordine se minime exercuerint, aut ali-  
cujus Ecclesię servitio adscripti non sint,  
dummodo tamen sint ætatis legitime, nec  
eis aliud canonicum obstet impedimentum,  
& habeant literas testimoniales Rectorum,  
aut eorum apud quos educantur, & in-  
struantur, promoveri, & promoti in illis,  
etiam in Altaris Ministerio ministrare libe-  
re possint, & valeant, ita tamen, ut quo-  
tiscumque contingat aliquos ex iisdem Si-  
nensibus, & Indis ad Ordines promoveri  
debere, antequam a Collegio dimittantur,  
dictus Matthęus modernus, & pro  
tempore existens Superior, si Sedes Ar-  
chiepiscopalis Neapolitana sit plena, te-  
neatur eos dirigere cum attestacionibus de  
illorum Baptismate, vita, moribus, & in  
scientiis profectu ad dilectum filium no-  
strum

Hec novę  
Collegio ex-  
tra Neapo-  
lim fundate  
concedi Pape  
supplicatum.

Concedit  
Clemens

strum Josephum S. R. E. Cardinalem Spi-  
nelli nuncupat. Archiepiscopalis Ecclesię  
Neapolitanę ex concessione, & dispen-  
satione Apostolica Pręfulem, seu pro tempo-  
re illius existentem Archiepiscopum quate-  
nus vero idem Cardinalis, & Pręsul, seu  
Archiepiscopus prædictus quacumque ex  
causa illorum ordinationem peragere non  
valeat, liberum sit memorato Matthęo,  
& pro tempore existenti Superiori Collegii  
prædicti illos, ad quemcumque Catho-  
licum Antifitem gratiam, & communio-  
nem supradictę Sedis habentem pro Ordi-  
nibus suscipiendis dirigere, servata in reli-  
quis prædictarum Urbani Prędecessoris li-  
terarum forma, & dispositione, auctorita-  
te prædicta tenore presentium concedimus,  
& indulgemus.

Obstantium  
delegatio.

Dat. die 14.  
Martii 1738.  
An. VIII.

§. 4. Non obstantibus quibusvis Apo-  
stolicis, ac in universalibus, Provincialibus-  
que, & Synodalibus Conciliis editis gene-  
ralibus, vel specialibus Constitutionibus,  
& ordinationibus, ceterisque contrariis  
quibuscumque.

Datum Romę apud Sanctam Mariam  
Majorem sub Anno Piscat. die 14. Mar-  
tii 1738. Pontificatus Nostri Anno VIII.

CCXXII.

Impositio Datii scutorum decem pro quo-  
libet Centenario super Mercibus sericis,  
quę ex alienis intra Statum Ecclesiasti-  
cum adportari contingat.

Reverendissimo Cardinali Camerlengo  
Vescovo di Sabina.

Vestigia  
nomina de  
consilio Con-  
gregationis  
Particularis  
nuper impo-  
sita super Mer-  
ces Sericas.

§. 1. **D**Opo che la Congregazione Parti-  
colare da Noi deputata per il sol-  
lievo delle Arti, e Macstranze del nostro  
Stato Ecclesiastico, secondo le nostre pre-  
mure tutte intente al sollievo del medesi-  
mo Stato, ed a stabilire, ed accrescere in  
esso le manifatture, specialmente di Lana,  
e Seta da qualche tempo diminuite, a ca-  
gione della soverchia introduzione di Pan-  
nine, Drappi, ed altre Merci provenienti  
da Paesi esteri, venne nell'anno 1735. in  
determinazione di doverci imporre una  
Gabella di scudi venti per cento sopra di-  
versi Panni forastieri, non eccedenti il va-  
lore di scudi cinque la Canna, ed un'altra  
di scudi dodici per cento sopra altre Merci  
parimente forastieri, sopra ogni specie de'  
Panni più nobili, e sopra diverse robbe di  
Seta, Telarie, ed altre Merci sine pari-  
mente lavorate fuori del medesimo Stato,  
che in pregiudizio della nostra Camera, e  
sue Dogane Generali si vendevano ne' Fon-  
dachi aperti in alcune Città, Terre, e Luo-  
ghi posti entro il Distretto di quaranta mi-  
glia intorno a Roma, comprese ancora le  
Città di Viterbo, Civita-Vecchia, e Rieti,  
quali risoluzioni furono poscia approvate  
con nostri speciali Chirografi segnati li 9.  
Maggio di detto anno, ed eseguite per me-  
zzo degli Editti pubblicati da Voi, e rispet-  
tivamente da Monsignor nostro Tesoriere  
Generale il di 31. del sudetto mese, con  
riferirsi insieme di prendere ulteriori pro-

vedimenti secondo portasse il bisogno, an-  
che rispetto ad ogni altra manifattura.

§. 2. Avendoci ultimamente riferito  
Monsignor Segretario di detta Congrega-  
zione, che la medesima nuovamente adu-  
nata li 24. Agosto, e 17. Settembre dell'  
anno 1736. giudicasse spediente per il fine  
suddetto di procedere all'imposizione di una  
nuova Gabella di scudi dieci per cento so-  
pra tutti, e singoli Drappi, Stoffe, Calzette,  
Fazzoletti, Veli, e tutte altre maniffatu-  
re di Seta liscie fabbricate fuori del nostro  
Stato, di qualunque prezzo, e valore esse  
siano, come ancora sopra li Drappi, Stof-  
fe di Seta fiorate, fabbricate parimente  
fuori di detto Stato, purchè non eccedino  
il valore di scudi cinque la canna, con do-  
versene regolare l'eligenza, e l'applicazio-  
ne nel modo, che segue, e con altre di-  
chiarazioni come appresso; Quale risoluzi-  
one restasse poi, non solo confermata dal-  
la medesima Congregazione tenuta li 14.  
Maggio dell'anno prossimo passato, e so-  
lamente modificata rispetto alle due Lega-  
zioni di Bologna, e Ferrara, quali piacque  
per ora di eccettuare, ma inoltre ampliare  
in una particolare Adunanza avuta li 6.  
del corrente mese dalla maggior parte de'  
Rini Cardinali di detta Congregazione,  
coll'intervento ancora di Monsignor nostro  
Tesoriere Generale, e di Monsignor Com-  
missario Generale della nostra Camera,  
con essere stati di unanime sentimento, di  
potersi detta Gabella del dieci per cento  
stendere alli Drappi, e Stoffe di Seta fio-  
rate, lavorate fuori di Stato del valore di  
scudi sei la canna.

Eadem Con-  
gregatio con-  
sultę novum  
datum impo-  
ni fecit. In-  
pro 100. lu-  
per Mercis  
Sericas ejus-  
dem generis.

§. 3. E conoscendo noi il vantaggio, e  
profito, che può recare a nostri amatissi-  
mi Sudditi una tale ordinatione, venendo  
per mezzo di essa ad aumentarli lo spaccio,  
e consumo di simili Drappi, ed altre Sete  
lavorate nel medesimo Stato, ed a vic più  
animarsi i nostri lavorieri all'accrescimen-  
to, e miglioramento delle loro fabbriche.  
Perciò non meno a riflesso delle relazioni  
da ogni parte avute di andarsi giornalmen-  
te perfezionando in esso nostro Stato l'Ar-  
te, e Macstranze della Seta coll'impiego  
di quantità considerabile di Famiglie in-  
somigliante industria, che delle premuro-  
se, e replicate istanze, che abbiamo inte-  
so, esser state fatte da tutti i Fabbricatori  
di Sete del medesimo Stato, siamo di buo-  
na voglia condescendi ad approvarla, e con-  
fermarla come segue.

Confirmatur  
a Pontifice.

§. 4. Quindi è, che col presente nostro  
Chirografo, in cui abbiamo per espresso, e  
di parola in parola inserito il tenore delle  
suddette risoluzioni, degli accennati nostri  
Chirografi delli 9. Maggio 1735., e degli  
Editti in seguito di essi, come sopra, publica-  
ti, ed ogni altra cosa quanto si voglia neces-  
saria ad esprimersi, benchè degna di spe-  
ciale, ed individua menzione, di nostro  
Moto proprio, certa scienza, e pienezza del-  
la nostra Suprema autorità, approviamo, e  
confermiamo colle seguenti dichiarazioni  
le soprariferite risoluzioni della suddetta  
Congregazione Particolare da Noi depu-  
tata

Facultas con-  
que concessa  
portandi, &  
adportandi in-  
tra Statum  
Ecclesiasticum  
d'itas Mer-  
ces.



tata, e per l'effetto, ed esecuzione di esse vogliamo, ed ordiniamo, che sia lecito ad ogni Persona di poter liberamente continuare ad introdurre in qualsivoglia Città, e Luogo dello Stato Ecclesiastico, tanto per uso proprio, che per cagione di Negozio, tutti, e singoli Drappi, Stoffe, Calzette, e Veli, ed altre qualsivoglia manifatture di Seta liscie fabbricate fuori, di qualunque valore, e prezzo esse siano, come ancora li Drappi, e Stoffe fiorate di Seta fabricate fuori del medesimo Stato, purchè il loro prezzo, e valore non ecceda scudi sei la canna, con restare però soggette le suddette Merci al pagamento di una Gabella di scudi dieci per cento, quale noi col presente nostro Chirografo imponiamo, e collitujamo sopra dette Merci, ed a tal' effetto vogliamo, che o siano i medesimi Proprietari, o Vitturali, Procacci, o qualsivoglia altri Portatori di esse, si per Mare, che per Terra, debbano darne fedele assegni alli Ministri deputati alli confini del medesimo Stato Ecclesiastico per la distribuzione de' Bollettini, o per far Dogane, e regolarli in tutto, e per tutto, secondo le Leggi, ed ordinazioni prescritte nei Chirografi, ed Editti sopra enunciati, concernenti l'imposizione della Gabella di scudi venti per cento sopra i suddetti Panni forastieri d'inferiore valore di scudi cinque la canna, quali ordinazioni, si per quello riguarda l'apposizione del Bollo, e pagamento del suddetto annuo dazio del dieci per cento, che rispetto alla comprensione di tutte, e singole Persone di qualsivoglia stato, grado, e condizione, come pure quanto all'incorso, ed applicazione delle pene comminate contro i Trasgressori, abbiamo qui ad una ad una per ripetite, come se fossero di parola in parola inserite, e non altrimenti &c.

Beneficium huiusmodi Dati applicatur Communitatibus.

§.5. Volendo, che la Gabella suddetta del dieci per cento debba stendersi per tutto il nostro Stato Ecclesiastico, eccettuata bene per ora le due Legazioni di Bologna, e di Ferrara, e che debba cedere a beneficio delle Communità di esso Stato, come l'altra del venti imposta come sopra per i Panni forastieri, senza però restar comprese sotto l'accennata applicazione le suddette Merci di Seta, che s'introdurranno nelle Città, Terre, e Luoghi, posti nel Distretto delle quaranta miglia intorno a Roma, poichè rispetto a queste ci riserviamo di disporre con altro Chirografo a parte, che sarà diretto a Monsignor nostro Tesoriere Generale. E per la stessa ragione di essere il ritratto di questa nuova imposta applicato a beneficio delle suddette Communità, è nostra intenzione, che in caso, che le suddette Merci fossero soggette ad altra Gabella Communitativa, l'importo di essa debba detrarsi dal suddetto dieci per cento, di modo che giustificandoli il pagamento con fede autentica del Ministro, che presiede all'esigenza di detta Gabella Communitativa, in tal caso, ed in tali Luoghi la Gabella suddetta sia, e debba essere solamente quella somma,

che manca per arrivare al detto dieci per cento. Intendendo però, che sotto l'accennata detrazione cadino solamente i pagamenti come sopra fatti nelle Dogane Generali delle Communità, e non il pagato per le Gabelle di passo, ne l'altre spese occorse per il viaggio alli Conduttori di esse Merci, come fu ordinato nelli Chirografi, & Editti della Gabella de' Panni, alli quali la suddetta Congregazione particolare si è riportata anche rispetto a questo nuovo dazio del dieci per cento; Lasciando altresì alla vigilanza del Rmo Cardinal Riviera Prefetto della Congregazione del Buon Governo, il fare quanto stimarà necessario per l'esigenza di detta nuova Gabella, come sopra designata a beneficio delle Communità.

Que Merces ab hac impositione liberæ esse debent.

§.6. Ed affinché le suddette Merci una volta, che siano introdotte nello Stato Ecclesiastico non passino altri domini senza il pagamento di questa nuova Gabella, e si tolga alli Mercanti, ed altri Proprietari, il preteito, che sogliano tal volta addurre, di essere robbe di puro transito, o di essere seguita la vendita nei Porti franchi, o nelle Fiere libere del medesimo Stato Pontificio, il che, se si ammettesse, si renderebbero più de' nostri Sudditi privilegiati i Forastieri: Perciò secondando anche in ciò la mente di essa Congregazione Particolare, espressamente dichiariamo, ed ordiniamo, che s'intenda accordato il transito per lo Stato Ecclesiastico, e l'immunità della Gabella solo per quelle Merci veramente destinate per altri Stati fino dalle spedizioni di Paesi esteri, e che tal denuncia debba farsi alli Confini, coll'indirizzo notato sopra le Balle, o Fagotti, alla Persona particolare, o Luogo preciso fuori di Stato, a cui sono destinate, per essere poi in tali circostanze, col solito pagamento del transito, nella conformità, che si pratica nelle Dogane di Roma, ed in ogni altro Dominio, accompagnate col solito Bollettone di Città in Città senza essere sbalate, ed aperte fino al loro destino, per togliere in tal forma ogni occasione del ritorno nel medesimo Stato di dette robbe non gabellate con pericolo di cagionare fraudi, e sconcerti nella negoziazione.

Antiqua Data, & prohibitiones remaneant in suo Stato.

§.7. Volendo ancora, che col disposto come sopra non s'intenda indotta alcuna innovazione rispetto all'altra Gabella del dodici per cento imposta sopra li Drappi, ed altre robbe di Seta, che s'introducono nelle Città, Terre, e Luoghi posti nel suddetto distretto delle quaranta miglia intorno a Roma, come ne pure rispetto alla proibita introduzione de' Damaschi, e Veli forastieri nella Città di Roma, dovendo in questa parte restare nel suo intero vigore tuttociò, che si prescrive ne sopra enunciati nostri Chirografi, ed Editti in sequela di essi pubblicati, e specialmente in quello di Monsignor nostro Tesoriere Generale, e quanto tal medesimo verrà ordinato con altro nuovo Editto da pubblicarsi in seguito di questa nostra disposizione.

§.8. Volendo ancora, che per l'effetto de-

1738. Cardinali Camera dato Commissio predicta sequendi.

delle cose suddette si facciano da voi Editti, e Bando, ne quali si dia la norma, e regolamento necessario per l'esecuzione di questa nuova Gabella, come praticate nell'altra de' Panni forastieri con facoltà parimente di procedere in tutte, e singole cause tanto Criminali, che Civili appartenenti alla suddetta nuova imposizione, e sopra tutti, e singoli loro incidenti, emergenti, e dipendenti nella solita forma, che vi compete per tutte l'altre Cause Camerali, e di prendere ogni altro provvedimento, che vi parerà adeguato per quelle Merci forastiere, che si troveranno introdotte in detto Stato prima della presente nostra disposizione, e di fare tutt'altro, che crederete conveniente alla più facile esecuzione di quanto si è come sopra da noi stabilito, approvando a' adesso tutto ciò, che da voi sarà fatto in adempimento delle cose predette, essendo tale la mente, e volontà nostra espressa.

Firmitas presentis Scholæ.

§.9. Volendo, e decretando, che il presente nostro Chirografo ammettendosi, e registrandosi in Camera a tenore della Bolla di Pio IV. nostro Predecessore de registrandis, vaglia, e debba aver sempre il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore colla semplice nostra sottoscrizione, e che non gli si possa mai in alcun tempo opporre di surrione, o rezione, ne di alcun'altro vizio, o difetto della nostra volontà, ed intenzione, e così, e non altrimenti debba sempre nelle cose premesse giudicarsi definiti, ed interpretarsi dalla suddetta Congregazione deputata, da Voi, da Monsignor Tesoriere Generale, dal Tribunale della nostra Camera, e da qualunque altro Giudice, e Tribunale, ancorchè Collegiativo, e composto di Rmi Cardinali, togliendo loro, ed a ciascuno di essi la facoltà di giudicare, decidere, definire, ed interpretare diversamente, dichiarando noi d' adesso preventivamente nullo, irritato, ed invalido tutto ciò, che scientemente, o ignoratamente si facesse in contrario, ancorchè non ci sia stato chiamato, citato, ne sentito Monsignor Commissario della nostra Camera, e qualunque altro, che vi avesse, o potesse avervi interesse.

Derogatio concariorum.

§.10. Non ostanti la regola della nostra Cancellaria de Jure quasito non tollendo, e quali si siano altre Costituzioni, ed ordinazioni Apostoliche nostre, e de' nostri Predecessori, leggi Civili, e Canoniche, Concilii Generali, e Provinciali, esenzioni, ed Indulti conceduti, e confermati da noi, e da questa S. Sede, anche per via di contratto, ed a titolo veramente oneroso, e con clausole quanto si voglia insolite, ed effrenate, anche derogatorie delle derogatorie, statuti, riforme, usi, filii, consuetudini, ed ogni altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole avendone il tenore qui per espresso, e di parola in parola inserito, e supplendo noi colla pienezza della nostra Suprema Apostolica potestà a qualunque vizio, e difetto, quantunque sostanziale, e formale, che nelle cose premesse potesse intervenire, per questa volta sola, e

per l'effetto suddetto pienamente deroghiamo.

Dato dal nostro Palazzo Apostolico Quirinale questo di 15. Marzo 1738. CLEMENS PP. XII.

Dat. die 15. Martii 1738. An. VIII.

CCXXIII.

Dignitatibus, & Canonicis nunc, & pro tempore existentibus Patriarchalibus Ecclesiæ Ulixbonen. conceditur licentia celebrandi, seu celebrari faciendi quotidie etiam per horam ante Auroram, & per horam post Meridiem unam Missam in privatis Domorum suarum existent. Oratoriis in sui, ac familia presentia.

CLEMENS PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. Insignem dilectorum filiorum Capituli, Dignitatum, & Canonicorum Patriarchalis Ecclesiæ Ulixbonen. Occidentalis, ordinem, cui non solum se, re. Clemens Papa XI. Predecessor noster tot Ecclesiastica ornamenta, privilegia, & prerogativas ad instar nonnullorum etiam aliarum Cathedralium Ecclesiarum Secularium Canonicorum, & Abbatum Mitra usum habentium, Apostolica auctoritate sua contulit, verum etiam charissimus in Christo filius noster Joannes Portugallia, & Algarbiorum Rex Illustris præclara Secularis honorificentie gradus, & præmiuntie decora, bona, & congruentes redditus, quibus eam dignitatem cum debito etiam magnatum Regni honore conjunctam sustinerent, Regali liberalitate attribuit; Nos etsi non obcuris Pontificie beneficentie argumentis ad ipsius Joannis Regis supplicationem adaugere non omisimus, tamen novo etiam paternæ, qua Dignitates, & Canonicos hujusmodi complectimur benignitatis testimonio ornandi, cumalandique opportunam occasionem præterire non patimur.

Causæ concedendi Privilegi.

§.2. Itaque tam dignitati, quam spirituali consolationi eorumdem dignitatum, & Canonicorum quantum cum Domino possumus benigne consulere, eosque, & alios pro tempore existentes amplioribus favoribus, & gratiis prosequi volentes, ipsorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interditi, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum ferie absolventes, & absolutas fore censentes, modernis, & pro tempore existentibus Dignitatibus, & Canonicis Patriarchalis Ecclesiæ Ulixbonen. Occidentalis prædictæ, ut in privatis Domorum suarum habitationis in Portugallia, & Algarbiorum Regnis existentibus Oratoriis ad hoc decenter muro extructis, & ornatis, seu extruendis, & ornandis ab omnibus Domesticiis usibus liberis per ordinarios respectu locorum prius visitandis, & appro-

Concesso, de qua in Rubrica.